

# CRIMEN

FORI ECCLESIASTICI,

*Et del Castero Real de Com<sup>o</sup> de S E U. Ps de Salamanca y tribuxia,*  
*Decretalium Gregorij IX, Pont. Max. Salamanca.*

LIBER V *applicatio ad U<sup>o</sup>*  
*de les Maiores.*

Brevi Methodo ad discentium utilita-  
tem Expositus,

In quo præcipuæ circa Materiam hujus  
Libri Quinti, quæ tum in Theoria, tum in praxi occur-  
runt, difficultates solvuntur, allatis etiam contra sententiarum  
fundamentis, & horum solutionibus.

TOMUS II.

AUTHORE

P. FRANCISCO  
SCHMALZGRUEBER,

Soc: JESU, SS. Theologiæ, & SS. Canonum Doctore,  
horumque in Alma, & Electorali Universitate Ingolstadiana  
Professore Ordinario, & Primario.

Accedunt tres Indices, unus Titulorum initio Operis, duo rerum  
& verborum notabilium in calce ejusdem, prior quidem super Tomum præ-  
sentem, alter compendiosus super Universum Jus Canonicum.

*Cum Privilegio Sacr. Cesar. Majestatis, & Facultate Superiorum.*

INGOLSTADII,

Sumptibus Joannis Andreæ de la Haye Bibliopolarum Academicarum.

Typis Thomæ Grafs, Typographi Academicarum Anno 1719.





# P A R S III.

## De Delictis propriis Clericorum.

Post examinata Delicta, quæ tum Cultui, & Fidei Divinæ, tum Caritati proximi adverfantur, subjunguntur Delicta, quæ in Clericis solis vel deprehenduntur, vel specialiter reprehenduntur. Inter hæc primo loco occurrit Venatio. Sit ergo

### T I T U L U S XXIV.

#### De Clerico Venatore.

#### S U M M A R I U M.

1. Quot sint Venationis species?
2. Quanam Venatio sit licita, quæ illicita?
3. 4. Qualis Venatio sit prohibita Clericis, & Religiosis?
5. &c. An recte Venatio clamore: *sa sit ipsis prohibita?*
9. &c. Pœna Clerici Venatoris.
12. &c. An bene gravior pœna sancita sit Episcopo, quàm inferioribus Clericis?

**Q**uæritur 1. quot sint Venationis species? *R. à Sylv. V. Venatio pr. & Sebast. Medices de Venation. q. 1. n. 5.* tres species referuntur, scilicet *Oppressiva*, sic dicta ab injusta oppressione hominum; *Arenaria*, quæ exercetur cum bestiis depugnando in arena; & *Saltuosa*, seu *Sylvatica*, quæ ad ferarum, volucrum, & piscium etiam (nam etiam *Piscatio* sub nomine generico *Venationis* comprehenditur) ordinatur.

*hunc titulum 1. §. remonet 5. §. & qui operas suas ff. de postuland. Tertia per se licita est: fieri tamen illicita potest ex quadruplici maxime capite. Et 1. quidem ex persona venantis: & sic Venatio interdicta est Clericis can. quorundam 1. dist. 34. can. qui venatoribus 8. & 9. dist. 86. & c. Episcopum 1. ac c. fin. h. tit. junct. Trid. sess. 24. c. 12. de reform. 2. Ex tempore, quo fit, si scilicet instituatur diebus festis, & ita, ut per eam fiat, ne sacrum audiatur. Less. 1. 2. de J. & J. c. 5. n. 44. Rebell. l. 1. q. 14. sect. 3. n. 14. Palao tr. 30. D. un. p. 14. n. 2. 3. ex loco, in quo instituitur, si scilicet venatio in saltu, aut piscatio in lacu alieno con-*

**Q**uæritur 2. quanam ex his tribus Venationis speciebus sit licita, quæ illicita? *R. prima ex his omnino illicita est can. fin. §. fin. dist. 6. altera, si exerceatur pro quaestu, inducit infamiam 1.*